



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 10. Fabrica S. Marci a Pontifice absoluta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

risu a Rege, aulicisque exceptus, nequa-  
quam Cardinalis autoritatem imminuit, A. C. 1467.  
quem tamen gravior infestæ fortunæ ca-  
sus tractu temporis non minus celebrem  
reddidit, quam repentinus felicitatum  
concurrus, quo ad supremas dignitates  
ascendit.

## §. X.

*Fabrica S. Marci a Pontifice  
absoluta.*

Hoc anno Paulus II. Pontifex fabricam *Platin. in vi-*  
palatii S. Marci absolvit, aliisque *ta Pauli II.*  
pluribus negotiis feliciter compositis, cum  
otium nactus, laboribus quodammodo  
expeditum se cerneret, ludos prorsus ma-  
gnificos ad populi lœtitiam instituit, ac  
præprimis præmia cursu certantibus pro-  
posuit, omnesque ad ludricum hoc cer-  
tamen admisit, nulla vel Religionis, vel  
ætatis facto discrimine. Stadium erat  
ab arcu Domitiani in via publica usque  
ad ædes S. Marci. Ibi currebant pro-  
miscue pueri, juvenes, & senes, Christia-  
ni æque ac Judæi, vecti qua equis, qua  
âsinis, & bubalis, ubi cuicunque, qui pri-  
mus metam attingeret, varia constitue-  
bantur præmia. Cardinalis Papiensis  
severior hujus spectaculi censor Paulum  
arguere non dubitavit: ejusmodi, inquie-  
bat, ludi paganorum vanitatem redo-

R 2      lent

Sæcul. XV. lent, ac Majestate summi Pontificis indi-  
A.C. 1467. gni sunt, ejusque auctoritatem deprimunt.

## §. XI.

*Primordia instituti Fratrum Minorum  
Francisci de Paula.*

*Spond. an-* **E**odem anno Franciscus ab ignobili Ca-  
*nal hoc ann* labriæ oppido, quo natus est, de Pau-  
1473. n. 15. la cognominatus, nova prole Ecclesiam  
1482. n. 3. foecundavit. Is primam lucem aspergit  
1500. n. 8. Comin. lib. 6. Anno Domini millesimo quadringentesi-  
cap. 9. mo decimo octavo. Patrem habuit Ja-  
*Baillet. vit.* cobum Martotillam, Matrem vero Vien-  
*Sancti. ad* nam a Castro-Foscaldo. Ambo hi pa-  
*diem 2 April.* rentes nuncupato voto puerum Deo sa-  
crabant, ac Fratribus S. Francisci insti-  
tuendum tradebant, a quibus Franciscus  
in monasterio urbis ad S. Marcum, quæ  
postea in Episcopalem hujus Provinciæ  
sedem erecta est, receptus fuit, ibidem-  
que solidum annum transegit, demum  
vero multis peregrinationibus expletis,  
in solitudinem haud procul ab oppido  
Paula dissitam secessit; verum frequen-  
tiam hominum eo confluentium exosus,  
ad asperiorem, magisque remotam con-  
fugit eremum, ubi in quadam petra ma-  
ris litori incumbente delituit, ac sibi ibi-  
dem domunculam excidit. Cum vero  
plures sese illi adjungerent, ante omnia  
Eremitiorum, tres cellulas, atque orato-  
rium